



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatus De Conscientia, De Peccatis, De Legibus, De Fide, Spe,
Et Charitate

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

2 An sit obligatio obediendi conscientiae erranti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)

tamen communiter Doctores cum iudicio speculatio certo de aliqua veritate, posse, imò sæpius stare iudicium practicum oppositum, ut in exemplis allatis contingit: potes enim iudicare die festivo Missam debere audire ex obligatione præcepti, & iudicare simul te hic, & tunc propter infirmitatem, vel alias circumstantias non esse obligatum. At si bene perpendatur, hoc iudicium speciale contrarium non est illi generali iudicio, quia illud generale iudicium ad huiusmodi casum nunquam se extendit, nunquam enim vere, est generaliter iudicatum est die festo obligationem esse infirmo, & impedito audiendi Missam, sed potius iudicari debet oppositum, ut optimè ex Cordaba lib. 3. q. 9. 5. notavit Vasq. 1. 2. 6. 5. disp. c. 2. & 3. Sed quidquid sit de contrarietate, vel conformatione huius practici iudicii, cum iudicio speculatio, iudicium practicum, & in particulari est quod præcipue actiones regulat, & quod sequi tenemur, ut inumeris aliis relatis docet Thom. Sanchez. 1. 2. de matr. disp. 4. 1. n. 8. His positus quæ communia sunt, ad conscientiam errantem deveniamus.

PUNCTUM II.

An sit obligatio obediendi conscientia erranti.

- 1 Nullam esse obligationem obediendi conscientia erranti, qua ratione probetur.
- 2 De inuit obligatio illi obediendi, dum non deponitur vera sententia, trahit eadem doctrina de conscientia errante inuincibiliter.
- 3 De ar. Proponitur quadam obiectio, & si illi satis.
- 5 Sacrisi. argum. n. 1. adducti.
- 6 Operans ex conscientia inuincibiliter errante, operatur in eadem specie virtutis, qua operaretur, si à Deo res esset præcepta.

Non defuerunt, qui negarent hanc obligationem. Primo, quia conscientia errans in te mortali est contra legem diuinam. Sed teneris legem diuinam sequi. Ergo non poteris teneri sequi conscientiam errantem. Secundo, Deus non potest esse tibi contrarius, ut videretur esse, si mandat obedire conscientia erranti. Ergo, Probo maiorem. Deus imperat sua lege ob nullum casum, etiam ob saluandam vitam, esse mentendum: conscientia errans dicit ob saluandam vitam alicuius debere mentiri. Ergo si Deus mandat obedire conscientia erranti, contrarius est tibi ipsi. Tertio, Deus author esse non potest alicuius mali moralis, aut alicuius falsi. Ergo non potest esse author illius iudicii errantis esse mentendum ob saluandam vitam alterius. Quod si author illius non est. Ergo non est obligatio sequendi illud: quod in tantum sequi tenemur conscientiam, in quantum est quadam regula à lege æterna detiuata.

2 Nihilominus certa sententia est, obligationem esse obediendi conscientia erranti, & distanti aliquid ut præceptum, est contrarium sit alteri præcepto diuino, dum non deponitur. Est omnium Catholicorum, ita ut contrarium non possit sine temeritate & periculo erroris affirmari ita Vasquez 1. 2. q. 19. art. 6. disp. 5. c. 2. n. 6. Sal. q. 2. 1. 1. 8. disp. 5. n. 16. In Ioan. Sanchez select. disp. 4. 1. n. 2. Salas Vasquez plures doctores referunt, probantque conclusionem, tum Scriptura, tum Patribus, & decretis Pontificum. Ratio est manifesta. Nostra voluntas non alio modo obligatur præceptis obedire, nisi quatenus ab intellectu obligatio representatur, quia ipsa est caeca potentia, quæ non potest ferri in incognitum. Ergo ab intellectu errante representatur voluntati aliqua obligatio, quia representatur aliquid ut præceptum, iam voluntas ad illud amplectendum censetur ligata.

3 Conclusio intelligitur ne conscientia errante inuincibiliter, si enim vincibiliter errat, non teneris illam sequi, si dicitur aliquid malum aliis teneris facere peccatum, cum conscientia non te excuset: supponimus enim esse vincibilem. Neque inde fit te posse contrarium efficere, stante illa conscientia erronea vincibili, cum non habeas iudicium distans tibi, contrarium esse faciendum. Quod ergo efficere debes, est deponere illam conscientiam errantem, cum enim vincibilis sis, vinci, & deponi potest, ac pretere nunquam absolute perplexus es, & obligatus facere malum.

4 Dices sæpè non potero conscientiam errantem vincibiliter deponere, tum quia non te mihi offert, qui errorem tollat, tum & præcipue, quia non dubito de errore, licet alio tempore dubitauerim.

Respondeo in tali casu errorem reddi inuincibilem, & licet à principio vincibilis fuerit, at cum operationem dirigit, inuincibilis est siquidem vinci non potest. Quando autem error est inuincibilis, teneris illum sequi, neque peccas te illi conformando: ita tenet Thomas Sanchez & lxx. in Decal. c. 1. n. 12. in fine & Ioan. Sanchez in select. disp. 4. 1. n. 26.

5 Argumenta in contrarium non obstant.

Ad primum dic conscientiam errantem, contrariam non esse formaliter legi diuinæ, quia lex illa diuina, cui videtur con-

trariari, tunc non obligat, cum non sit in iudicio intellectus, quod necessarium erit ad obligationem inducendam.

Ad secundum nego Deum sibi esse contrarium, & ad probationem respondeo Deum non imperare non esse mentendum in omni casu tam per se, quam per accidens, sed solum in casu, quo ab intellectu representatur abique errore eius lex de non mentiendo. In legibus enim latis à Deo immediate nulla est contrarietas: at in legibus, quas sibi homo præferibit, medio dictamine rationis contrarietas esse potest, ob contrarietatem in iudicando: sed illa contrarietas materialis est, non formalis, cum semper conformatur legi diuinæ dictanti conscientiam esse sequendam, nullaque alia præcepta nisi media conscientia obligare.

Ad tertium respondeo Deum non posse physicè, neque moraliter ad malum morale, vel ad fallum incitare: & ita neque consilium, neque præcipue esse mentendum, neque determinat intellectum, ut errorem illum habeat, sed tanquam causa vniuersalis ad illum concurrit. At posito errore bene potest præcipere esse mentendum, non quidem absolute, sed ex suppositione, quod conscientia errans id dicitur.

6 Ex his inferitur operantem secundum conscientiam errantem inuincibiliter, operari in ea specie virtutis, qua operatur, si res esset à Deo præcepta v. g. furaris, vel mentis. ut proximo subuenias, furtum, & mendacium erit actus misericordiae: quia tunc furtum, & mendacium nullam habet formalem malitiam, & ex alia parte recipit bonitatem à fine præterito. Ergo. Et ita docet Thomas Sanchez, l. 1. in Decal. c. 11. n. 18. Azot. l. 2. c. 8. q. vlt. Salas 1. 2. 1. 8. disp. 5. n. 16. c. 3. n. 26.

PUNCTUM III.

Quod peccatum sit conscientia erranti non pateat.

- 1 Est peccatum mortale, vel veniale iuxta naturam actionum, quæ exercentur, & in illa specie, in qua est obiectum.
- 2 Quid si cogitatione non distinguitur speciem.
- 3 Quid si non distinguitur, an mortale, vel veniale sit.
- 4 Refertur sententia Vasquez, & Thom. Sanchez.
- 5 qui sentiant solum culpam venialem supradicto casu committi.
- 6 Quid sentiendum sit.

Omnes conueniunt esse mortale, vel veniale iuxta naturam actionum, quæ exercentur. Itemque esse peccatum illius speciei, cuius est obiectum, v. g. conscientia errans dicitur hodie, (qui est dies festalis) esse præceptum audiendi Missam, si omittis, peccas mortaliter, & contra religionem si dicitur mentendum esse ob seruandam vitam alterius, & omittis, peccas contra charitatem, & sic de aliis.

2 Difficultas est, quando solum in genere existimas aliquid esse malum, neque cognitione distinguis speciem. Mihi difficile est talem dari cogitationem, cum conscientia practica sit, & ad opus dirigit. Sed dato contingere posse, dicendum est peccatum tunc commissum esse in ea specie, in qua est actus, quo velles in genere Deum offendere: hic enim actus in aliqua specie in finem debet constitui. Non enim omnes species vitij debet habere, aliàs debet grauius peccatum odio Dei, & infidelitate.

3 Sed quid si conscientia non distinguit, an veniale sit, vel mortale, sed solum (sub confusione tibi proponitur esse malum: qualiter solet sufficere hominibus proponi, cum in Deum iurant, creaturas execrantur, die festo laborant, verbum otiosum, inhonestum, aut detractosum dicunt, ratio enim illis proponitur dubium, an mortale, vel veniale sit, sed solum in genere malum esse representatur.

4 In hæc're Vasquez 1. 2. quæst. 19. art. 6. disp. 5. c. 3. n. 10. Thom. Sanchez l. 1. in Decal. cap. 1. n. 7. existimant, si in aliqua materia determinata feratur voluntas, ut in exemplis allatis contingit, ex materia illa desumendum esse grauitatem, vel leuitatem peccati, Vnde dicunt te peccare venialiter, si veniale est obiectum: mortaliter, si mortale est. Quia illa cognitio de malicia obiecti non distinguit, an sit mortalis, vel venialis sufficit ad vitamque malitiam deominandam, cuiusque indifferencia ex obiecto debet determinari. Verum si voluntas non feratur circa aliquod speciale obiectum, sed solum in genere malum velis efficere; affirmat Vasquez, & Sanchez supra, & Azot. tom. 1. in 1. moral. l. 2. cap. 8. quæst. 6. & Sayrus in clauis regia lib. 1. c. 4. n. 17. esse peccatum mortale, quia illa voluntas amplectens malum abique sufficere eximine qualitates culpæ, manifesto periculo se exponit amplectendi malitiam mortalem. Item illud obiectum, prout à voluntate amplectitur, indifferens est ad mortale, & veniale. Ergo voluntas quantum est ex se mortale amplectitur.

5 Alij e contra affirmant in supradicto casu committi solum culpam venialem, ita Nauarr. sum. lat. practud. 9. Ludou. Lop. 1. part. instrum. confes. 3. vers. præterea. Valent. 1. 2. disp. 1. quæst. 14.